ſucceſſibilis ſtante l.13. Tauri, ſi totus viuus naſcatur, & vixerit per 24. horas, & fuerit baptizatus?

Quæſt. CI. L.13. Tauri an procedat in filio vel filia extracto exſecto è ventre matris?

Super l.9. tit.8. lib.5. nouæ collect. Reg.

Quæſt. CII. An filius clerici in ſacris conſtituti ſuccedat matri?

Quæſt. CIII. An filij clericorum, ſi ſint fratres vterini, ſibi inuicem ſuccedant ab inteſtato, vel ipſi conſanguineis?

Quæſt. CIV. An filius clerici in minoribus conſtituti habentis beneficium Eccleſiaſticum, patri vel matri ſuccedere poſſit?

Super l.9. Tauri, hodie l.7. tit.8. lib.5. nou. coll. Reg

Quæſt. CV. An filij nati ex muliere adultera, dicantur nati ex damnato & punibili coitu ad hoc, vt ſuccedere non poſſint matri ex teſtamento, nec ab inteſtato?

Quæſt. CVI. An ſtantibus filiis vel aliis deſcendentibus legitimis, mater poſſit filio ſpurio ex damnato coitu nato, propter quem incidit in pœnam mortis, quintam partem bonorum ſuorum relinquere?

Quæſt. CVII. An l.9. Taur. dum permittit matri relinquere filiis illegitimis quintam partem bonorum ſuorum, procedat indiſtincte, ſiue ipſa habeat paucos, vel quinque & plures filios, necne?.

Quæſt. CVIII. An filius ſpurius deficientibus legitimis, ſuccedat matri illuſtri?

Super l.10. Taur. hodie l.8. tit.8. lib.5. nou. coll. Reg.

Quæſt. CIX. Pater vtrum poſſit filiis illegitimis vltra quintum pro alimentis relinquere, quando quintum ad ea non ſufficit?

Quæſt. CX. Pater an poſſit filio ſpurio relinquere totum quintum pro alimentis, quando minus eidem ſufficiat?

Super l.11. Taur. hodie l.9. tit.8. l.5. nou. coll. Reg.

Quæſt. CXI. Filij militum militiæ Alcantarenſis & ſancti Iacobi *de la Eſpada* atque Calatrauæ, cum quibus auctoritate Apoſtolica generaliter diſpenſatum eſt, vt matrimonium poſſint contrahere, obtenta prius licentia à Regia Maieſtate, concepti ſiue nati ex muliere ſoluta, an ſint & dici poſſint naturales, cæteris de quibus in l.11. Tauri, concurrentibus?

Quæſt. CXII. Filij in dubio an præſumantur ſpurij vel naturales?

Super l.12. tit.8. lib.5. nou. coll. Reg.

Quæſt. CXIII. Fiſcus an attenta hac l. Regia præferatur coniugi in ſucceſſione defuncti decedentis ab inteſtato abſque deſcendentibus, aſcendentibus & collateralibus?

Super l. fin. tit.8. lib.5. nouæ coll. Reg.

Quæſt. CXIV. Clerici in ſacris an poſſint libere & ſecure teſtari, eiſque ſuccedatur ex teſtamento & ab inteſtato tuta conſcientia abſque peccato mortali, etiamſi bona intuitu Eccleſiæ acquiſita in pios vſus non relinquant, ſed potius in profanos, nempe conſanguineis vel aliis diuitibus, nec ne?

Quæſt. CXV. Prohibita alienatione, hypotheca & cenſus conſtitutione bonorum relictorum alicui monaſterio monialium, quod de nouo fundatur ſub pœna, quod alias bona perueniant ad aliud monaſterium, an per contrauentionem primi admittatur ſecundo vocatus, & ad primum competat in integrum reſtitutio aduerſus prædict. alienationem?

Super l.1. & 2. tit.9. lib.5. nouæ coll. Reg.

Quæſt. CXVI. Vſusfructus conſtante matrimonio conſolidatus cum proprietate vnius ex coniugibus, an ſit communicandus inter eos, vel totus acquiratur domino proprietatis?

Quæſt. CXVII. Fundus emptus ex pecunia viri conſtante matrimonio, an ſit mariti vel communis?

Quæſt. CXVIII. Dominium & poſſeſſio bonorum conſtante matrimonio acquiſitorum, an tranſeat ipſo iure abſque aliqua traditione ſtatim in vxoré attẽto iure Regio pro ſua medietate?

Super l.3. tit.9. lib.5. nouæ coll. Reg.

Quæſt. CXIX. Donatio remuneratoria, facta vni ex coniugibus conſtante matrimonio, an alteri communicetur?

Quæſt. CXX. Donata à conſanguineis viri ſponſæ vel vxori, vel econtra, cuius erunt ſoluto matrimonio?

Super l.5. tit.9. lib.5. nouæ collect. Reg.

Quæſt. CXXI. Maritus an poſſit donare ſine licentia vxoris conſtante matrimonio de bonis eo durante acquiſitis?

Quæſt. CXXII. Vidua ſemel tantum ſtuprum committens, an amittat ſuam medietatem lucrorum?

Quæſt. CXXIII. Vxor decedens abſque acceptatione ſuæ dimidietatis lucrorum conſtante matrimonio acquiſitorum, an ea tranſmittat ad hæredes?

Super l.16. Tauri, hodie l.7. tit.9. lib.5. nou. collect. Reg.

Quæſt. CXXIV. Legatum à marito vxori factum, an computetur in arrhis ab eodem eidem promiſſis?

Super l.53. Tuar. hodie l.8. tit.9. lib.5. nou. coll Reg.

Quæſt. CXXV. L.53. Tauri, hodie d.l.8. tit.9. lib. 5. nouæ collect. Reg. an procedat etiam, quando pater ſoluto matrimon. filio aut filię cómuni ex eodem matrimonio donationem propter nuptias aut dotem dederit vel promiſerit?

Super l.60. Tauri, hodie l.9. tit.9. lib.5. nouæ coll. Reg.

Quæſt. CXXVI. Mulier an poſſit renuntiare bonis quęſitis vel quærendis conſtante matrimonio, & ſic an valeat pactum ſuper hoc tam generale quam ſpeciale marito factum?

Quæſt. CXXVII. Renuntiatio lucrorum conſtante matrimonio facta, an præiudicet creditoribus renuntantis?

Quæſt. CXXVIII. Mulier an teneatur ſoluere partem debiti fideiuſſionis, quam maritus fecit conſtante matrimonio, ſi velit partem lucrorum?

Quæſt. CXXIX. Expenſæ pro alendo filio alterius matrimonij, matre vel patre vnius ex coniugibus,

iugibus, an imputandæ ſint ei, cuius eſt filius vel parens?

Quæſt. CXXX. Vxor vel eius hæres, ſi partem lucrorum conſtante matrimonio acquiſitorum velit, an teneatur ſtare contractui locationis & conductiouis celebrato non ſolum pro tempore præterito, ſed etiam pro futuro nondum completo?

Super l.1. tit.10. lib.3. nouæ coll. Reg.

Quæſt. CXXXI. Conceſſa villa vel caſtro ſimpliciter, an ſicut iure communi cenſentur etiam conceſſa iuriſdictio & territorium, iure Regio idem ſit dicendum, necne?

Super l.11. tit.1. lib.5. nouæ coll. Reg.

Quæſt. CXXXII. Donatio vel conceſſio omnium vel maioris patris bonorum clerici, vel Eccleſiæ, vel alij exempto facta, ex quibus donans tributum ſoluebat, an cenſeatur facta in fraudem fiſci, ac proinde non valeat?

Super l.11. tit.11. De las ventas y compras y retractos. lib.5. nouæ coll Reg.

Quæſt. CXXXIII. Læſio vltra dimidiam iuſti pretij qualiter exemplificetur, vt ſit locus remedio l.2. C. de reſcin. vend. cum ſimilibus;

Quæſt. CXXXIV. Fructus cum re vendita, an ſint reſtituendi, cum contractus reſcinditur ratione læſionis vltra dimidiam iuſti pretii?

Quæſt. CXXXV. Emptor conuentus, ſi reſtituat rem cum fructibus ratione læſionis vltra dimidiam iuſti pretij, an poſſit petere iuſtum ad licitum intereſſe quod ipſe ex pretio à ſe ſoluto percipere ac lucrari potuiſſet, & ſic an prædict. fructus cum intereſſe licito iuſti pretij compenſetur?

Quæſt. CXXXVI. Remedium l.2. C. de reſcin. vendit. cum ſimil. an habeat locum aduerſus emptorem, re penes ipſum abſque culpa perempta vel exſtincta?

Quæſt. CXXXVII. Re perempta penes emptoré deceptum abſque ſua culpa, an is poſſit agere aduerſus venditorem, vt ſibi reddat, quod plus iuſto pretio ab eo recipit.

Quæſt. CXXXVIII. An remedium l.2. C. de reſcind. vend. cum ſimil. procedat in contractu locatonis & conductionis, finito iam contractu, cuius tempore durante partes inuicem conuentæ implerunt?

Quæſt. CXXXIX. Læſus in permutatione, cui comparabitur emptori vel venditori?

Quæſt. CXL. Renuntiatio l.2. C. de reſcind. vend. cum ſimilib. an ſufficiens ſit, ſi in eodem inſtrumento emptionis vel venditionis apponatur?

Quæſt. CXLI. L.2. cum ſimul. C. de reſcin. vend. an habeat locum in tranſactione.

Quæſt. CXLII. Remedium l.2. C. de reſcin. vend. cum ſimil. an habeat locum in aſſecurationibus mercatorum pecuniæ traiectitiæ?

Quæſt. CXLIII. Remedium l.2. C. de reſcin. ven. cum ſimil. an proponi poſſit per viam exceptionis vltra quadriennium?

Quæſt. CXLIV. Artifices & officiales, an poſſint vti remedio l.2. cum ſimil. C. de reſc. vend. ſi in ſuis conuentionibus in rebus ad ſuam artem ſpectantib. vltra dimidiam iuſti pretij decipiantur?

Super l.7. & ſeqq. De retract. in iure ſanguinis agentib. tit.11. lib.5. noua coll. Reg.

Quæſt. CXLV. Retractus iure ſanguinis, an attento iure Regio habeat locum in re immobili locata, vel emphyteuſi ad longum tempus, vel ad perpetuam penſionem, vel iure cenſus perpetui conceſſą?

Quæſt. CXLVI. Retractus habeat locum in venditione cenſus ab antiquo ſuper re aliqua impoſiti?

Quæſt. CXLVII. Retractus iure ſanguinis an habeat locum in venditione vſusfructus, hoc eſt, commoditatis vſusfructus?

Quæſt. CXLVIII. Retractus iure ſanguinis vt locum habeat, an requiratur, quod res immobilis vendita ſit patrimonialis & auita ſimul, an vero ſufficiat, quod ſolum patris vel aui?

Quæſt. CXLIX. Conſanguineus retrahens, ſi ſit hæres venditoris, an ſit audiendus?

Quæſt. CL. Proximior conſanguineus an poſſit retrahere rem remotiori conſanguineo venditam?

Quæſt. CLI. Re vendita vni ex multis conſanguineis proximioribus, cæteri eiuſdem gradus an admittantur ad retractum pro æqualibus partibus viriliter?

Quæſt. CLII. Nouem dies dati à ll. huius Regni conſanguineis ad retrahendum, à quo tempore incipiant, an à tempore venditionis vel traditionis?

Quæſt. CLIII. Nouem dies dati à ll. huius Regni conſanguineis ad retrahẽdum à quo tempore incipiant in contractu conditionali, an à tempore contractus vel purificatæ conditionis?

Quæſt. CLIV. Dies venditionis in materia retractus an computetur in terminis nouem dierum conceſſo à ll. huius Regni ad retrahendũ?

Quæſt. CLV. Filius naturalis, & ſic baſtardus, an admittatur ad retractum iure ſanguinis?

Quæſt. CLVI. Leges noſtri Regni de retractu agentes tam iure ſanguinis quam communionis, an comprehendant clericos?

Quæſt. CLVII. Leges noſtri Regni de retractis agentes, an habeant locum in donatione in ſolutum voluntatiam, & etiam neceſſaria, quæ auctoritate iudicis ſit?

Quæſt. CLVIII. An emptor ratione retractus teneatur conſanguineo retrahenti reſtituere fundum cum fructibus pendentibus tempore contractus, quos ipſe emptor collegit, vel redditus, quos percepit & exegit infra nouem dies datos ad retrahendum ante litem conteſtatam?

Super l.8. tit.11. lib.5. nouæ coll. Reg.

Quæſt. CLIX. Minoribus excluſis à remedio Legum huius Regni retrahendi rem patrimonialem vel etiam propter lapſum nouem dierum, an competat remedium l. ſi in emptionem, ff. de minor. ratione affectionis, vt ibi?

Quæſt. CLX. Conſanguineus retrahens, an adimpleat offerendo & conſignando in iudicio realiter pretium, & faciendo id deponi apud idoneam perſonam, & poſtea citare emptorem, eidemque intimare, an vero teneatur pretium offerre, conſignareque prius emptori, eumque requirere, vt recipiat, & in eius defectum petere à iudice, vt deponatur, &c.

Super

Index Quæſtionum Libri II.

Super l.70. Tauri,hodie l.9.tit.11.lib.5. nouæ collect. Reg.

Quæſt. CLXI. Nouem dies iure Regio conceſſi ad retrahendam rem immobilem venditam in publica ſubhaſtatione, an incipiant currere à die Del remate, vel poſt lapſum inſuper tridui,vel aliorum nouem dierum,qui conceduntur debitori ad retrahendas res proprias?

Super l.71. Tauri,hodie l.10. tit.11.l.5. nouæ coll.Reg.

Quæſt.CLXII.Retractus an habeat locum pro re patrimoniali, vel auita ſimul vendita cum aliis, quæ non ſunt huiuſmodi vnico pretio?

Super l.75. Tauri,hodie l.14.tit.11.l.5. nouæ coll.Reg.

Quæſt.CLXIII. Vxor conſtante matrimonio an poſſit fundum acquiſitum, eo durante per maritum venditum retrahere?

Quæſt.CLXIV. Nouem dies conceſſi à ll.Regiis ad retrahendum rem communem pro indiuiſo alienatam, an incipiant currere à die venditionis, ſicut in retractu iure ſanguinis?

Quæſt.CLXV. An retractus ratione communionis habeat locum pro rebus mobilib.alienatis?

Quæſt. CLXVI. An habens cenſum annuum redimibilem ſuper fundo, poſſit eum venditum retrahere?

Quæſt.CLXVII. An valeat pactum communiter apponi ſolitum in conſtitutione cenſus, vt quoties dominus fundi,ſuper quo cenſus conſtituitur, voluerit vendere prædictum fundum, teneatur id denuntiare domino cenſus, & ipſi dare pro eodẽ pretio potius quam alii?

Super l.68. Tauri,hodie l.1. tit.15.lib.5. nouæ coll. Reg.

Quæſt. CLXVIII. l.68. Tauri intellectus.

Super l.2. & 3. tit.15. lib.5. nouæ coll. Reg.

Quæſt.CLXIX.Venditio domus vel fundi, ſuper quo erat prius conſtitutus annuus cenſus redimibilis, ſi emptor id ignorabat, an poſtea ob id reſcindatur?

Super l.4. tit.15. lib.5.nou.collect. Reg.

Quæſt. CLXX. Redditus perpetui abſque pacto redimendi, an emi iuſte poſſint, ſoluendi in frumento, vino, & oleo,& ſimilibus, item & redimibiles ſuper re propria in alium translata in prædict.rebus ſoluendi?

Quæſt.CLXXI. Annuus cenſus redimibilis, an pro minori pretio vendi conſtituive poſſit, quam ad rationem quatuordecim pro vno.

Super l.6. tit.15. lib.5. nouæ coll. Reg.

Quæſt.CLXXII.Cenſus emphyteuticus ſuper re quam quis alteri tradit ſub penſione annua redimibili ſoluenda, an pro minori pretio conſtitui poſſit, quam ad rationem quatuordecim millium pro quolibet millario?

Quæſt.CLXXIII. Cenſus ſemel recte conſtituti iuſto pretio, an minori poſtea licite emi poſſint?

Quæſt. CLXXIV.Licitum an ſit, & ab vſuræ ratione ſemotum, cenſus redimibiles ea appoſita conditione emere, vt non membratim & per partes, ſed totus ſimul redimatur;

Quæſt. CLXXV.Pactum quod in pœnam moroſi cenſus debitoris, lapſo biennio, ipe ad cenſus principalis redemptionem teneatur, an ſit validum?

Quæſt.CLXXVI. Pacta quæ in contractu cenſus prohibentur apponi per Motum proprium Pij Quinti ſuper forma creandi cenſus latum, ſi nihilominus apponatur, an vitietur in totum contractus, vel tantum reſpectu pactorum illicitorum,quæ appoſita ſunt?

Quæſt. CLXXVII. Cenſus annuus an conſtitui poſſit ſuper aliqua re fructifera, quæ non valeat tantum fructum quotannis præſtare, deductis laboribus & expenſis, quanta eſt penſio à cenſuario ſoluenda?

Super tit.18.De Cambiis, lib.5. nou.coll Reg.

Quæſt.CLXXVIII.Aureum numiſma an permutari aut vendi poſſit maiori pretio,quam ſit illi à Republica taxatum?

Super l.6. tit.14. lib.6.nouæ coll. Reg.

Quæſt. CLXXIX. Venditor quantitatis pecuniæ, vel in ea condemnatus, an poſſit eam offerre in minutiſſima moneta, publica tamen & à Rege approbata?

Super l. 1.tit.25. lib.5. nouæ coll. Reg.

Quæſt. CLXXX. Pragmatica taxæ panis an obliget in locis oppidiſque ſterilibus,como es en la ſierra & ſimili: vbi non ſeminatur nec metitur propter aſperitatem terræ, an ea non obſtante, frumentum & cętera poſſint vendi in prædict.locis vltra pretium ab eadem pragmatica taxatum, late diſcutitur?

Quæſt.CLXXXI.Pro frumento pretio taxæ dato tempore penuriæ panis, an recipi poſſint aliæ merces viliori pretio quam communi currenti in foro publico? vel an id per contractum innominatum,do vt des,fieri licite poſſit?

Quæſt. CLXXXII. Prohibiti officium panificorum in his Regnis exercere (prout ſunt clerici,nobiles & alij diuites) illud de facto exercentes, vendendo per ſe vel ſuppoſitas perſonas panem coctum, pretio tamen iuſto, quo communiter venditur in foro publico,an peccent,& ad reſtitutionem teneantur?

Finis Indicis Legum & Quæſtionum.

DN. IOANNIS GVTIERREZ IVRISCONSVLTI HISPANI PRÆCLARISSIMI, CANONICI DOCTORALIS ALMÆ ECCLESIÆ CIVITATENSIS,

Practicarum Quæſtionum circa leges Regias Hiſpaniæ,Primæ Partis Nouæ Collectionis Regiæ,libri duo.

LIBER PRIMVS.

SVMMARIA.

1 *Debitores ex cauſsa ciuili ad Eccleſiam confugientes, poſſunt iure Regio ab ea extrahi,præcedentibus quibuſdam diligentiis,de quibus hic.*

2 *Debitor ad eccleſiam confugiens,poteſt ab ea extrahi, ad exhibendum creditori ſeruitium, quod ei attenta conſuetudine antiqua horum regnorum pro debito tenetur præſtare, præſtita tamen quadam ſecuritate de indemnitate ſuæ perſonæ:contrarium,nu.10.*

3 *Seruus ad Eccleſiam confugiens,poſtquam de impunitate ſua dominus iuramentum præſtiterit, ad ſeruitium domini ſui redire compellitur,etiam inuitus:alias à domino poterit occupari.*

4 *Mercatores & campſores decocti verſuram facientes,& ad Eccleſiam confugientes cum ſuis bonis, ab eccleſia ad criminalem punitionem à iudicibus euelluntur,& num.16.*

5 *Debitor quotieſcunque poteſt capi pro debito,extrahi poteſt ab Eccleſia ſecundum quorundam opinionem.*

6 *Debitor ex cauſſa ciuili per inſtrumentum publicum, vel aliud habens paratam exſecutionem,de iure noſtro Regio poteſt capi perſonaliter & incarcerari, ſi fideiuſſorẽ,vulgo dicho de ſaneamiento,non præſtiterit:idem in quocunque modo obligato, ſi ſubſiſtente ſuſpicione vel cauſsa de nouo contra eum,nõ ſatiſdet.*

7 *Confugiens ad Eccleſiam cuiuſcunque conditionis ſit, gauderer debet Eccleſiaſtica immunitate, & quantumcunque grauia delicta perpetrauit, non eſt violenter ab Eccleſia extrahendus: niſi publicus latro ſit,vel nocturnus depopulator agrorum.*

8 *Immunitas Eccleſiarum à iure diuino procedit.*

9 *Lex contra libertatem Eccleſiaſticam aliquid diſponẽs nõ erit ſeruãda,quare debitor ex cauſſa ciuili ad eccleſiam confugiens,ab ea non eſt extrahendus, ſed potius gaudere debet immunitate ipſius,& num.10.*

11 *Statutum vel conſuetudo de capiendo perſonaliter debiterem ex cauſſa ciuili, nec obligatio perſonalis præiudicare poteſt immunitati eccleſiæ:quare his non obſtantibus,nec conſuetudine horum regnorum ſeruiendi debitores creditoribus pro debitis,debitor prædictus ab eccleſia extrahi non debet.*

12 *Lex 15.titul.20.libr.5.Fori,permittens extractionem debitoris ab Eccleſia,eſt terribilis in materia,& nec illa,nec dictum Abba. ſeruatur in practic. ſecundum Roderic.Suarez.*

13 *Aſſignatur vera concordia inter ſupradictas opiniones contrarias, vt debitor ex cauſſa ciuili confugiens ad Eccleſiam,non abſcondens nec aſportans ſecum bona in fraudem creditorum gaudeat immunitate Eccleſiæ, & ab ea extrahi non poſſit:ceteri vero debitores, qui cum bonis ſuis fugiunt ad Eccleſiam in fraudem creditorum,non gaudent immunitate ipſius, ſed extrahi ab ea poſſunt,& nu.ſeqq.*

14 *L.fin.titul.2.l.1.Nouæ Collect.Reg.in idẽ inducitur.*

15 *L. 1.& 2.titul.18.lib.5.Nou.Collect.Reg.in idem inducitur.*

16. *L.5.dict.titul.19.lib.5.Nou.Collect.Reg.ad idem adducitur.*

17 *Dict.l.1.titul.19.libr.5.Nou.Collection.Regiæ intellectus.*

18 *Concordia prædicta frequentius in Regali Cancellaria Pintiana ſeruata.*

19 *Simplex fur an gaudere debeat immunitate Eccleſiaſtica, vbi quod ceſſante conſuetudine in contrarium legitime præſcripta,gaudere debet.*

20 *Hoc an procedat,etiamſi fur rem furto alibi ablatam intra eccleſiam contrectauerit?*

21 *Fur tria, vel plura furta committens,ad eccleſiam confugiens,ab ea extrahi poteſt.*

22 *Publicus latro quis dicatur,vt is eccleſiaſtica immunitate non gaudeat,remiſſiue.*

L.fin.tit.2.lib.1.Nou.Collect.Reg.

QVÆSTIO I.

QVÆRO, † *an debitor ex cauſſa ciuili ad Eccleſiam confugiens,poſſit ab ea extrahi, an vero gaudeat immunitate Eccleſiæ?* Et quod non gaudeat,tenere tentauit (quamvis ſub dubio) Iaſon *in l.vinum, num.4.ff.ſi certum perditur,idem Iaſ.in l.plerique, num.16.ff. de in ius vocand.Zaſ.ibi col.2.Euerardus in centur. legal. cap. 40.col.final.* Quorũ opinio probata eſt hodie lege Regia *finali tit.2.lib.1.nouæ Collect. Regia,* qua cauetur,vt debitores ex cauſſa ciuili ad Eccleſiã cõfugiẽtes, poſſint ab ea extrahi, præcedentibus quibuſdam diligentiis,nempe requiſito Iudice eccleſiaſtico, vt extrahat